



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Textus dominice passionis ex quattuor euangelistis**

**Jacobus, Magdalius**

**Colonie, 1503**

**VD16 B 4679**

Dep[re]catio affectuosa

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30846**



## Prima.

rie et Disahel, inducens eos ad ordem. Ipse pro secedens et orans vidit statuam statua gradem et sublimem, intuitu terribilem, hinc caput aureum et fistulas pedesque. Lapidem de monte succidi pedes statue collidentem, et ipse statuam totam prominente, ipsum autem lapidem sine manibus de monte lucasum in montem maximum succrescere. **Dysstice.** Daniel qui interpretatur iudicium dei est Christus cui datum est a patre omne iudicium. Jobis quinto. Hinc morte sua imminet et tristitia intuitu eiusdem emergente specialiter. Indicavit tribus suis discipulis Petro Jacobo et Joanni per Disahel Azarias et Ananiam expressis. Interpretatur enim Disahel populum saluans et repunitur nobis Petrus apostolus, corporalis et spiritualis populum (dum adhuc veniret) saluare solitum. Azarias interpretatur videns deum et repunitur nobis Jacobum, qui non solum in monte thabor communiter vidit transfiguratum sed etiam ante oculos apostolorum in eterna beatitudine glorificatum. Ananias interpretatur in quo est gratia dei et repunitur nobis Joannem, hoc idem sua nobis interpretatio exprimentem. Per hos tres generaliter predictos intelliguntur discipuli a Christo seorsum assumpti et ad ordem inducti. Sed et ipse Christus seorsum orans vidit lapidem sine manibus de monte succisum statuam prominente, id est se (qui lapis dicitur per Cor. 10.) de origine sine virili promixtione genitum, diaboli regnum sua morte terminantem.

**Deprecatio affectuosa.** Et cum processisset paululum positus genibus prostravit in faciem suam super terram et orabat ut si fieri posset transferretur ab eo hora, et dixit Abba pater mihi omnia tibi possibile sunt. Si possibile est transfer calicem istum a me. Veritatem non sicut ego volo sed sicut tu.

**Figura** Hinc impletur quod habet Gen. xvij. Ubi legitur quod Abrahama visus est deo sacrificare iussit pueros suos cum auro prestolari ad montem. Et ipse solus cum filio portare ignem et gladium in montem ascendit. Abrahama est Christus qui dimissis pueris id est discipulis seorsum ascendit ad diuinum montem oliuam cum igne charitatis et zelo iusticie accessus oraturus patrem deum nobis exemplum orandi in charitate et iusticia, multum enim valet oratio iusti assidua. Jaco. 5.

**Excitatio rigorosa.** Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes, et ait Petro. Simon dormis sic. Non potuisti vna hora vigilare mecum. Ut quid dormitis. Surgite, vigilate et orate ut non intretis in temptationes. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Iterum secundo abiit et orauit eundem sermonem dicens Pater mihi si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi grauium et ignorabant quid responderent ei.

**Figura** Hinc impletur quod habet 1. Reg. 26. Ubi legitur quod David quidam nocte venit in tentorium Saul et inuenit Abner et populum.

ahx calida pons  
in galore ignis  
alibi pater  
miseri carissimi et  
de me dicitur  
hinc passus

no ut veniat  
sicut veniat  
transfere

incompria  
hinc fragil. calix  
m. h. m. m. m.  
moti

24000 = 8